et primâ die qua ei audientia concessa est Ibnulchatib ~~est~~, dixit longum canticum in sui Regis qualitate Videlicet quomodo abjectus sit, et ex Regno privatus, suppliciterq deprecans in eo Regem Fes, ut ejus misereatur: adeo q Rex destinavit exercitum in Bethicam in auxilium Regis Granatæ, sicq discessit ibnu elchatib cum familiâ de Fes; post q mare transgressus est, omni terra ad quam tetenderat ipse se ipsam sponte tradebat illi; adeô q in Granatam pervenit, cujus adversarius aufugit in Castiliam. Sicq reversus est Abuhabdilla in statu ejus; et misit ad Ibnulchatib, ut veniret ad Granatam cum familiâ ejus. Abulchatib autem dimisit familiam Regis, et ipse remansit in Fes. Quapropter iratus est Rex contra Ibnulchatib; novissimè autem

blandis